creatione illa florentissima filios ap-
pellat directo nullos nisi revera flo-
rentia. quoniam cum fuerit os de ossibus
suis nomen partita est cum eadem.
Oportet igitur quod est prescriptum
longissima prescriptione defendere,
et magis expedit pati periculum per-
sonarum et rerum incomodum et
defectum, quam tam floridum nomen
operibus vilibus offuscare. Vobis igitur
districte precipimus quatenus cum
certi sitis quod vobis iura non possunt
que lata sunt inconmodum singu-
lorum quin paces et iuramenta fran-
guntur que fines sunt omnium causa-
rum preparari vos velitis ad bellum
non in corde trepido irruentes in
rebelles nec pugnantes quasi verbe-
rantes aerem sed etiam dentibus
si deficerent arma mordentes
eosdem et quisque primus esset
procuret in opere et pondus diei et
estus portare non dubitet securus
quod non pari sed excellentiori